BASILICA CAII ET LVCII



Inter templum S. Bibianæ et Vrbis moenia referente Marliano stetit Caij et Lucij Basilica, qua quidē Augustum sub eorum principum nomine sibi nepotum ædificasse autor est Suetonius: tametsi I. Faunus totum illud ædificiū Lucij et Caij nomine non appellet sed porticū duntaxat, quam una cum Basilica idem Augustus extruxit cognomu quidem hoc credere ex corrupto uocabulo quo iste adhuc locus insignitur: nam hodie thermæ Galluti dicitur: non quia ibi thermæ aliquæ sumptuosæ fuerint Lucij et Caij nomine conditæ: sed enim ut bene notauit Faunus quod omnia ingentia ædificia thermas uulgus appellet: quem admodum et omnes statuas grandioris magnitu dinis colossos nominari non piget. præterea concamerata fornix quæ ad huc integra permanet attestatur qua præter Pantheonii illam mirabile nullā aliam sup biorem inuenies, quia uero Basilicæ nomen incidit, scitendū est ex Blondo Forliu. et Marliano Basilicas fuisse loca ubi solitum erat ius dici negotiatoresq. freque ter uerrari. ut manifeste docet Vitruuius. his uerbis Basilicarum loca adiucta fori quā calidissimis partibus oportet constitui, ut per hyemem sine molestia tempestatū se conferre in ea negotiatores possent.

AB.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/?grafik=10-2-geom-00047